



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 6. Ventus quid fecerit in mari rubro sicandæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

Loc. cit.

ri? Ranae, ait idem Rupertus, Sciniphe, musca,
 atque locusta fuerunt castrorum eius acies, &
 huicmodi cohortibus totas contra fortis Ägy-
 ptios composuit legiones. Singuli milites, secun-
 dum se, breues quidem & infirmi, verum, pro
 exercitibus Pharaonis, satis valentes fuere, duce
 imperio Dei. Nempe quod multus hominum ex-
 ercitus facere non potuisset, istae Phalanges locu-
 starum strenua peregere militia. Operuerunt
 enim uniuersam superficiē terræ. Quamobrem
 fessinus Pharaon, tanquam ad deditio[n]em, vo-
 canit Moyse[n] & Aaron, duces tanti exercitus
 atque Primates Imperatoris Dei. Rogate, in-
 quirat, Dominū Deum vestrum, ut auferat mor-
 tē hanc à me. Hoc velut deditius dixit. Non-
 ne magnus & excellens est Imperator, qui
 vento potest suos hostes difficare? vento mi-
 lites aduehere? & tali milite victoriā obtine-
 re? Incredibile nonnullis videtur, militem
 alicubi cataphractum vento, in aëra, fuisse
 sublatum. Totos Devs exercitus, vento, de
 regione, in regionem, transfert, ut expug-
 net ventosos.

§. VI.

Ventus quid fecerit in mari rubro siccando?

Quin ipsa quoque maria vento diffiat, vt

Exod. 14. viam faciat transituris. Nam, cùm exten-
 21. disse

disset Moyses manum super mare , abstulit il-
lud Dominus, flante vento vehementi & vren-
te, tota nocte, & vertit in siccū: siue tunc ven-
tus magno impetu incurrés, seu percurrentes
scissas, per medium, aquas extrusserit, in v-
trumque latus; viamq; vndis nudārit, in pa-
riétum morem vtrinq; Angelica manu, re-
tentis, siue virtute vrendi siccandiq; aquas
absumperit; siue aquis Angelorum ministe-
rio, in vtrumque latus, muri instar, erectis,
humidum, limosum & lutulentum fundum
siccārit duntaxat. Quem ventum textus
Hebraicus *Orientalem* vocat. Hebræi enim
tunc iter, contra orientē faciebant, & con-
tra mare rubrum, quod Ægypto est ori-
entale. Igitur vento factū est, vt mare, sine na-
uibus, posset transiri; & vento, vbi mare non
cedit, naues impelluntur: quæ, vt in omnes
partes possent agi, variæ sunt ventorum
stationes.

§. VII.

Ventorum Dominus est solus Deus.

Hæc, & plura eiusmodi ventorū com-
moda, Theologi, Philosophi, &, cum illis,
Eugubinus, enarrant; vt proinde meritò
illi, inter DEI thesauros enumerētur, qui e-
ducens nubes ab extremo terræ; fulgura in plu-

Eugub.lii

7. perén.

Philo-

soph. cap.

vlt. Psal.

134. 7.

G 3 miam